 itelligi pōt illud dcm. ¶ Ad aliā dico q spēs itelligibi  
 lis est pparatio seu dispō ad recipiēdū itellectionez.

Et cū arguit. ex B q ipā spēs itelligibilis rē. dico q nō  
 seqt. qz itelligere nō recipit i ea tanqz i pncipali subō r  
 pmo s3 vt i dispōne necio reqsita. Et cum vltra accipit  
 q oē illud i q recipit itelligere itelligit. vey est i quo  
 recipitur vt i subō pncipali r subsistēte s3 aliter nō. vbi  
 grā. r stat q visio nō recipit i aia visiuā nisi sit ibi magni  
 tudo. vt patet ex. z. de aia. tñ non seqt ex B q magnitud.  
 do videat. s. ltr ipā visio nunqz recipit in aliq orgāonist.  
 ibi esset diaphaneitas r lux aliq mō. r tñ nō seqt ex hoc  
 q diaphaneitas videat vel lux. similiter vltus tāgēdi  
 nunqz recipit in aliq neruo nisi hēret caliditate velue  
 qdā dispōne ad tactū. nō tñ ppter B est dicendū q ca  
 liditas cognoscat tāgibilia. ¶ S3 aliqz cauillaret. qz si  
 cut albedo nō pōt esse i aliq subō gn illud dicat albus.  
 vnde r superficies dicit alba q̄nis nō sit subm pncipale  
 albedis. sic i nullo videt esse itellectio qn illud denoie  
 tur itelligens. r sic spēs itelligibilis eēt itelligens. qd  
 est ridiculū. Dico q nō est simile. qz albedo nō est acci  
 dens ppiū subē in q existit. iō pōt denoiare aliqd aliū  
 s3 itelligere est accūs ppiuz aie. r iō non pōt denoiare  
 nisi aiaz aut aiatū fm aiam. Et forte nō esset magnum  
 peccatū pcedere q spēs itelligibilis itelligit ipoze r  
 p accūs inq̄tū est i eo qd vere itelligit r ppe. sicut pce  
 dimus fm aristo. qz albedo edificat qz accūtaliter est  
 iuncta edificatōi q̄nis B nō sit oīo simile. pma tñ solu  
 tio est melior. qz denoiat aiaz itellectūz fm q distin  
 guit a q̄cūqz alio quod non est aia itellectiua. vel cuius  
 aia itellectiua nō est actus vel pars r ideo nō denoiat  
 spēm itelligibilē. ¶ Pōt tñ cēdi q spēs itelligibilis  
 est illud quo itellectus itelligit cū sit illud quo recipit  
 itellectionez ita q sicut illud qd recipit itellectiōez i  
 itelligit pmo. sic illud quo aliqd recipit itellectiōez est  
 illud q aliqd itelligit. r hec est vā solutio. Nō. n. spēs in  
 telligibilis recipit itellectionē s3 est illud q itellectus  
 recipit itellectionē. Cū g accipit in argumento. qz qd  
 recipit itellectionez itelligit. pcedendū est. r similiter  
 illud in quo recipitur itellectio. r ad minozez. species  
 itelligibilis recipit itellectionez. certe nō est veruz.  
 sed est illud quo aliqd recipit itellectionez. nec in spē  
 recipit itellectio s3 i alio recipit p ipsā species. qre rē.  
 nec alio mō ē itelligendū q superficies sit alba nisi qz illō  
 q aliqd ē albū subīne. s. ltr āt r i aluz hō. ¶ Ad aliā pōt di  
 ci q illa ppō ē vā i formis subalibus s3 i formis accūta  
 libus nō oz. Si. n. cuiuslibz forme accūtalē eēt actio aliq  
 cū actō sit qdā forma accidentalis. r sic actōis eēt actio  
 r sic i ifinitū pcederet qd ē icōueniens. mō spēs itelligi  
 bilis est qdā forma accidentalis. qre rē. Vel pōt negari  
 maior. qz cū dī. forme est agere r q omne agere r moue  
 re ē forme. pcedit hoc. s3 nō seqt e2. q oīs fore sit agere  
 qz pcederet i ifinitū vt cōiter dī. ¶ Questio. XVIII.

**Consequenter** q̄rī. Utz scia sit idēz  
 qd species itelligibilis  
 rei scite. ¶ Arguit p q nō. qz scia est cognitō itel  
 lectualis sic scire est cogscere itellectualiter. s3 species  
 itelligibilis nō est cognitio itellectualis vt p3 ex pdicti  
 quare rē. ¶ Itēz scia est effectus demfatiōis vt p3 p po  
 sterioz. s3 spēs itelligibilis nō est effectus demfatiōis vt  
 māifestū est. nā aliqz pōt hre species itelligibilē tirāgū  
 li r tamen nō hz demonstrationem ad hoc pbanduz. s.  
 qz triangulus habeat tres angulos rē. ¶ Itēz si sic esset  
 tūc statī cū aliqz hret spēs itelligibilē alicuius rei scibilē  
 i se hret sciaz postqz esset vnū r idēz. dīs est falsū. qz in  
 istāti i q aliqz itelligit albedinez p hz spēm itelligibilez  
 albedinis r tamē nondū hz sciaz illius albedis. ¶ Item

### Tertius

ditus intellectualis catur ex actibus vt ps ex 2: eth. sed species intelligibilis no catur ex actibus consideradi imo pcedit eos vt manifestu est. qre zc. ¶ Itē si scia esset spēs intelligibilis rei scite aut esset species subī aut predicati aut vtriusq; sed nullo isto p mōz. g̃ zc. maior ps. qz scia est de conclōne demōstratōis. vt ps p. poste. 76: ethic. 7 ipsa dclō no continet realiter nisi subiectum 7 predicatum sberentia. n. passiois ad subm no est aliud realr ab ipsa passioe. 7 sic ps maior. 7 minor. pbat. p. qz scia no sit spēs intelligibilis ipius subī. qz scia est hucusplexi alicuius cū sit effectus demōstratōis q̃ est instrū notificadi cōplexū vt ps 2: posterioz. ipz aut subz n̄ est aliqd pplexū 7 eadez rō est d̄ specie pdicati. nec est dicendū qz scia est aggregatū ex vtraq; specie. qz cuz species subī 7 species passionis sint forme diuerse s̄z species no pōt ex eis aliqd vnū p se cōponi. scia aut d̄r ens vnū p se. aliter. n. no eēt species alicuius gn̄is. qre zc. ¶ Itē si scia esset species intelligibilis tunc scia cāref ab eo qd̄ est in virtute memoratiua hominis 7 imaginatiua. ab istis enim immediate causatur species intelligibilis vt probatum est pus. s̄z n̄is vt icōueniens. nlls. n. dic qz spēs ex̄is in memoratiua aut imaginatiua faciat sciaz. qre zc. ¶ Oppositū d̄r cōiter qz scia nihil aliud ē q̄ spēs intelligibilis rei scite firmate i intellectu. 7 v̄ plane intentio fris Tho. sup istū tertū in illo ca? Lū aut sic singula fiāt. Et idem in 7: phycoz. c. At d̄o neq; intellectiua pre aie ¶ Ad istā qōnez v̄r mihi esse dicendū saluo meliori iudicio qz scia no ē idēz eēntialr cū spē intelligibili rei scite. 7 intelligo h̄ p sciaz bitū intellectuale distinctū ab illis q̄tuor habitibus intellectualibus q̄ sūt sapia. intellectus. prudentia 7 ars. vbi gr̄a. hitus itellcūalis d̄ ista dclōne. triāgulus h̄z tres āgulos eq̄les duobus recti. no ē idēz qd̄ spēs intelligibilis quā h̄z ipē sciēs de h̄ scibili. s̄l̄r aut 7 i alyz h̄s. Et h̄ pbo ḡbusdā rōnibus p̄tacti magi d̄clarādo eas. p̄ sic. Illi habitus non sunt idem quoz vnus accipit ac acq̄rit ex actibus itellcūalibus 7 alius no acq̄rit ex actibus itellcūalibus. hec ē euidēs p se. sed spēs intelligibilis firmata in itellcū no acq̄rit ex actibus consideratiōis. imo possibile ē qz cū aliqs semel viderit trianglū vel albedinē qz ipē reseruet eius spēm in imaginatiua sua 7 i itellcū p lōgū tps absq; actuali cogitatōe 7 itellectōe. s̄z scia acq̄rit ex plūibus actibus cōsiderādo in herētā pdicati ad subm post cōsideratōez pncipioz ex q̄bus necio seq̄ illa cōclō. vt inuit aristo. i. 9. meta. Cum enī frequēter considerat aliqs triāgulū h̄re zc. no absolute sed post cōsideratōez pncipioz demōstratiuoz ordinator ex q̄bus necio seq̄ triāgulū h̄re tres angulos. 7 ex illa frequēti cōsideratiōe illius conclōnis post sua pncipia derelinq̄ itellectui qdā habitus actualis ad p̄mpte cōsiderādū talē cōclōne post sua pncipia. 7 idoneitas illa siue habitus acq̄sita ē habitus sciētificus p̄ficiēs itellcū ad verā 7 certā cognitionē huius dclōnis et forte hec habitus no acq̄rit tota simul i vno 7 eodē instāti. s̄z fm pres i diuersis instātibus ita qz i p̄ instanti in q̄ aliqs considerat triāgulū h̄re tres āgulos vel in p̄mis instātibus acq̄rit vna ps habitatis 7 postea in alio instāti alia 7 sic d̄nter. Un̄ exp̄mur in nobis qz q̄to frequētius consideramus talē dclōne ex consideratōe. i. post cōsiderationē suoz pncipioz tāto p̄mptiores 7 habiliores sumus ad h̄s cōsideratōez. Cuius signū ē qz ēt p̄mptius 7 velocius exp̄mimus voces dclōne illā signātes. Et forte cōtingit qz p vnū actū cōsiderādū bñ 7 diu cōtinuatū qz eq̄poller vt equaler multū d̄scōtinuatū acq̄rit ista habitus vel fm totū vt fm magnā p̄ez. 7 ad hoc multuz

### Decima octaua

pficit bonitas cogitatiue deseruient intellectui. 7 puto qz in ipa vtute cogitatiua gn̄af cōsiliis habitus. s̄z differt qz habitus generata i vtute cogitatiua pficit eā ad cōsideratōez idiuidualē huius triāguli v̄l illius. habitus vero generata i intellectu pficit ad p̄hēsiōne v̄lez. Et p̄pter hoc dicit p̄m. 2: huius. qz scia est v̄lū. exp̄cētia vero q̄ p̄tinet ad cogitatiua ē singulariū vt habet ex p̄hemio metaph. 7 possumus declarare i sili. dicit. n. fm doctrinā cōem qz in appetitu sensitiuo ex frequēti electōe opatōis honeste gn̄af qdā habitus 7 p̄mptitudo ad eligēdū recte 7 delectabilr q̄ qdez habitus acq̄sita vocat virtus moralis. vbi gr̄a. ex eo qz aliqs frequenter eligit dationē moderatam. f. dare qn̄ oz 7 qbus oz derelinq̄ qdā habitus ad dationē talez eligendā 7 agēdaz q̄ qdē habitus d̄r liberalitas. s̄l̄r aut 7 i alyz. Sic est in p̄posito qn̄ intellectus speculatiuus frequēter speculat triāgulū h̄re tres āgulos p̄cedente speculatiōe suoz pncipioz demōstratiuoz q̄ oz p̄cedere demōstrationem ex illa frequēti cōsideratōe relinq̄ qdā habitus seu p̄mptitudo ad cōsiderādū talē dclōne post eius pncipia necessaria. Et ex his si bñ consideret apparet q̄liter est intelligendū qz scire vel scientia est effectus demōstratiōis. 7 qz demōstratio est syll̄s faciens scire fm quē i h̄udo ipsuz scimus. vt d̄r i p̄. poste. h. n. verū est simili mō sic qz doctrina 7 disciplina fit ex p̄p̄nti cognitionē. i. post p̄p̄ntē cognitionē. sic scia cōtingit ex demōstratiōe. i. post demōstratōez. f. post cōsideratōez pncipioz ordinator ex q̄bus necio seq̄ cōclūsiō. demōstratiō. n. est syll̄s faciens scire. i. post quē scif. 7 seq̄ scire 7 scia fm quē in habendo ipsū scimus. i. fm quē post q̄z habuimus ipm scimus. Nō. n. s̄l̄r cū hō cōsiderat pncipia dclōni ordinata cōsiderat formāl̄r ipsā cōclōne cuius est scia sed post. 7 ex hac cōsideratōe frequētata ipsius cōclōnis post pncipia ordinata religitur habitus itellcūalis pficiens ad verā 7 certā cōsideratōez cōclōnis. s̄l̄r aut 7 i alyz h̄s. ¶ Queret aut aliqs p̄pter quā cām oz in intellectu fieri talē habitū itellcūalē. dico qz h̄ est p̄tāto qz intellectus possibilis q̄tū est dese. est indeterminatus ad verā cognitionē 7 ad cognitionē falsā respectu cōplexi occultū vel dubitabilis. vel ad cōsideratōez certā q̄ est sine formidine ad oppositū 7 ad cognitionē incertā q̄ est cū formidine ad oppositū. 7 cū credulitate qz oppositū eius pos sit esse v̄ez. Et p̄pter istā ideterminatōez tollendā necessariū est gn̄ari habitū p̄ quez necio d̄terminatē scilicet 7 pficiat ad cognitionē verā 7 certā q̄ ē certa perfectio vera 7 delcābilis. Et bñ dixi resp̄cū obi cōplexi occultū vel dubitabilis. qz resp̄cū cōplexi p se noti et oino certi no est itellcū ideterminatus imo d̄terminatus ad verā 7 certā cognitōez. cuiusmodi sunt pncipia p se nota coia q̄ d̄nr nāl̄iter itellcā fm cōmen. i. isto 3: vt oē totū ē maius sua p̄te. 7 h̄s similia. Ad cognitionē taliū sine dubio non oz h̄re habitū acq̄sitū ex frequētatiōe p̄sideratōibus aliquoz pncipioz. s̄z sufficit habere spēs intelligibiles 7 cognitōes suoz terminoz qzbus cognitōis itellcū statū recipit v̄itatē eoz sine p̄cedēti rōne vt dicit aristo. in p̄. poste. 7 p̄pter hec dicit Lincon. sup p̄mū poste. ppe p̄n. qz taliū pncipioz no est doctrina nec disciplina. Nō. n. docet neq; addiscif nisi illd̄ qd̄ cū p̄mo concipimus est nobis dubiū vel apparet falsū zc. Decigif sit p̄ma rō pncipialis ad pbādū qz scia no sit idem eēntialr cū spē intelligibili rei scite in q̄ pp̄ bñ eē aggregata sunt aliq̄ d̄ mō gn̄atiōis scie q̄tū ad p̄positū spectat. ¶ Itē alia rō pōt adduci ad illā dclūsiōne p̄supponēdo qz i dclūsiōne demōstratiua de q̄ p̄prie ē scia no ē aliqd

reale nisi res q̄ pdicat̄ ⁊ res q̄ subycti. iherent̄ a. n. passi  
 onis ad subm̄ ē idēz eētialr̄ cū passiōe vt ad p̄ns suppo  
 no ex 5<sup>o</sup> metaph. vbi gr̄a. res huius cōclusōis. triāgulus  
 h̄z tres angulos. nō ē nisi subz. s. triāgulus ⁊ h̄re tres an  
 gulos. similr̄ ⁊ in alyis suo mō. ¶ 2<sup>o</sup> suppono q̄ scia debz  
 esse aliqd̄ vnū p se. qz aliter nō eēt spēs alicuius pdica  
 menti qd̄ ē 3<sup>o</sup> arl. i. pdicament. ⁊ p̄z p̄seq̄ntia ex 5<sup>o</sup> meta.  
 vbi ens diuidit̄ in. x. pdicamenta. ⁊ oēs p̄cedunt q̄ spēs  
 q̄ est p se i vno pdicamento dz esse aliqd̄ vnū p se ⁊ non  
 per accidens. ¶ Tunc arguit̄ sic. si scia est species itelli  
 gibilis rei scite. aut est spēs intelligibilis solius subī. aut so  
 lius pdicati aut ē p̄positū ex ambobus. Nō ē dicendum  
 hoc vltimo mō. qz sic scia nō esset qd̄ vnūz simplr̄ per se  
 q̄liter. n. ex spē intelligibili triāguli ⁊ spē intelligibili h̄re  
 tres angulos fit vnū ens p se nō bñ video. Si vō dicere  
 tur q̄ scia ē spēs intelligibilis solius subī firmata i itelle  
 cru b̄ v̄ absurdū. qz scia ē h̄tus cōclōnis demōstrate. vt  
 patz p̄ posteriorz ⁊ 5<sup>o</sup> ethicoz ⁊ oēs p̄cedūt. subm̄ at̄ solū  
 n̄ ē cōclusio demōstrata. ¶ Itēz si scia eēt spēs intelligibil  
 solius subī tunc oēs q̄ h̄rent spēm intelligibilez alicuius  
 subī firmata i intellectu suo eēt p̄fecte scientes. quod  
 est multū absurdū. possibile. n. ē q̄ aliqs habeat species  
 trianguli firmatā i intellectu suo q̄ tñ nō ē sciens neqz  
 h̄z sciam de triāgulo. s. l̄r̄ ⁊ i alyis h̄z. ⁊ eadez rōne nō est  
 dicēdū q̄ sola spēs intelligibil̄ pdicati sit scia. ¶ 3<sup>o</sup> dices  
 q̄ scia ē spēs intelligibilis subī i ordine ad pdicatū nō ab  
 solute ⁊ fm̄ se. Cōtra. tūc subm̄ i ordine ad pdicatū v̄ ē  
 idēz eētialr̄ cū subo fm̄ se ⁊ nihil reale addit. v̄ aliqd̄  
 reale addit. Si nihil addit. cur eadē spēs sit vtrobiz. si  
 vna nō ē scianec reliq̄. Si addit aliqd̄ reale puta ordiez  
 sic spēs eius nō erit vnica ⁊ simplex. s̄ multiplex sicut ⁊  
 res. sic at̄ scia nō erit qd̄ vnū p se. ¶ 3<sup>o</sup> dices q̄ scia est  
 spēs intelligibilis firmata i itellcū p̄ discursū d̄m̄ratiūz  
 p̄cedētē. Cōtra. possibile ē q̄ at̄ discursū demōstratiūz  
 aliqs habeat spēm intelligibilez firmatā i intellectu suo ⁊  
 diuissime cōseruatā. Adueniente q̄ discursū demōstra  
 tiuo. aut illi spē aliqd̄ addit. aut nihil. Si nihil. igit̄ sic  
 p̄ns illa nō erat scia sic nō ē nūc scia. Si igit̄ aliqd̄ addit̄  
 illi spēi p̄ discursū demōstratiūz. q̄ro qd̄ est illd̄ additū  
 aut est intellectio. aut spēs intelligibilis. aut aliqd̄ aliud.  
 Si dicat̄ q̄ est intellectio. hoc est icōueniens. qz tūc scia  
 p̄ hitu esset formāz duo actus qd̄ est derisoriu. si autēz  
 illud additū p̄ discursū p̄cedentes sit species intelligi  
 bilis hoc est ridiculū qz iā intellectus habebat sufficiētē  
 spēm intelligibilez firmatā in intellectu. ad quid q̄ opoz  
 teret addi aliā. Et iā qz spēs intelligibil̄ cā a fātasmate  
 ⁊ a re fātasata. discursus at̄ ille d̄m̄ratiūz nullū illoz  
 ē. Si aut̄ dicat̄ q̄ p̄ discursū demōstratiūz addit̄ ad spēm  
 intelligibilez firmatā aliqd̄ aliqd̄ qd̄ nec ē spēs intelligibil̄  
 nec intellectio tūc scia nō eēt idē cū spē intelligibili. cuius  
 oppositū ponebat̄. Et si dicat̄ q̄ ē qd̄ dā p̄positū ex spē  
 intelligibili firmata i illo supadditō. b̄ est icōueniens. qz  
 fm̄ b̄ scia nō eēt ens p se nec simplex eētia. qd̄ ē absur  
 dū. Vñ scia nullo mō ē idē cū spē intelligibili firmata in  
 itellcū sed ē qd̄ a habitus v̄lis pueniēs ex frequēti cō  
 deratōe cōclōnis post eius p̄ncipia necia ordinata p̄fici  
 ens itellcū ⁊ inclinās ad verā ⁊ certā cognitionē inhe  
 rentie pdicati ad subm̄ siue illud pdicatū sit p̄pria pas  
 sio demōstrata siue sit diffinitio mālis q̄ demōstrat̄ de diffi  
 nito p̄ diffinitionē formale. vt p̄z ex p̄. ⁊ 2<sup>o</sup> poster. ¶ 3<sup>o</sup>  
 aliqs posset dubitare p̄ pdcā. b̄mo d̄ cōclōne. qz si scia ē  
 aliqs habitus a spē intelligibili ⁊ 2<sup>o</sup> tunc eiusdē fm̄ eā  
 dē rōne eēt habitus itellcūales diuersi. qd̄ videt̄ esse i  
 cōueniēs. ⁊ p̄bat̄ p̄na. qz de triāgulo fm̄ q̄ triāgulus p̄t

h̄ri scia. vt p̄z p̄ poste. ⁊ filr̄ spēs intelligibilis triāguli p̄t  
 esse i itellcū h̄ntē sciam de triāgulo. similr̄ aut̄ ⁊ i alyis.  
 q̄re ⁊ c. ¶ Itē sicut se h̄z spēs rei artificialis ad rē artifi  
 ciale sic res scibilis se h̄z ad rem scibilez. p̄ cōuenientes  
 similitudinez. mō ars est idēz qd̄ spēs rei artificial. vt pla  
 ne docet aristo. i 5<sup>o</sup> meta. c. 3<sup>o</sup> ar̄ at̄ q̄ sūt. ¶ Itēz ois ha  
 bitus itellcūalis aut est sapia. aut scia. aut itellcū. aut  
 prudentia. aut ars. 6. ethic. sed spēs intelligibilis rei scite  
 est habitus itellcūalis vt manifestū est p se. et nō est in  
 tellcū q̄ est p se habitus p̄ncipioz p̄plexoz demōstratōis  
 nec est sapia qz sapia est ex p̄ncipis abstracta motu et  
 a mā. nec est ars nec prudentia. qz illi sunt habitus q̄ sūt  
 de rebus opabilibus a nobis. spēs aut̄ intelligibil̄ dicit̄  
 esse de aliq̄ speculari qd̄ nō est opabile a nobis. q̄re re  
 lingit̄ q̄ h̄z spēs sit scia. ¶ Item si talis habitus esset in  
 itellcū differens ab h̄z spē intelligibili ⁊ remanens post  
 cōsideratōez actualez. videt̄ q̄ i p̄petuū remaneret in  
 itellcū. qz accūs absolutū nō corrūp̄t nisi ad corrupti  
 ones sui subiecti vel a d̄tio suo vel ab absentia agentis  
 cōseruat̄ ipz i subiecto. cū q̄ subm̄ istius habitus sit p̄  
 petuū. s. itellcū possibilib̄ fm̄ aristo. ⁊ ista habitus p̄pe  
 nō h̄z d̄tio. qz delectatōi fm̄ itelligere nō est aliqd̄ d̄tio  
 fm̄ aristo. i 5<sup>o</sup> ethico. nec p̄ns habitui intellectuali. nec  
 etiā p̄pter absentia agentis cōseruat̄ ipm̄. qz illud n̄  
 est nisi species ex̄ns i virtute imaginatiua ⁊ memorati  
 ua. ⁊ illa cōseruat̄ species intelligibilez ⁊ nō aliud. q̄re ⁊ c.  
 ¶ Aliud dubiū est. qz dictū est q̄ h̄z habitus q̄ d̄ scia  
 nō ḡnat̄ s̄l̄ tota s̄z successiue pars post partē. Ex b̄ eni  
 v̄ seq̄ q̄ ad sciaz sit motus p se cū sit trāsmutatio succes  
 siua. ⁊ b̄ ē 3<sup>o</sup> arl. 7<sup>o</sup> p̄hycoz. ¶ Item q̄rit̄ qd̄ ē immediatūz  
 p̄ncipiū actiū illius habitus i itellcū possi. b̄. n. v̄ diffici  
 le assignare. ¶ Itēz aliq̄ p̄bat̄ q̄ i intellectu nō p̄t eē h̄  
 tus p̄pe d̄s. qz forma q̄ idiget agere extrinseco p̄seruare  
 eā ⁊ q̄ remoto statū remouet̄ illa forma nō est hitus p̄pe  
 d̄s. ¶ Ills. n. d̄cederet q̄ lumē ex̄ns i aere esset p̄pe d̄s  
 hitus ipius aerl̄ q̄ sp̄ idiget lūe extrinseco p̄seruare ⁊ eo  
 remoto statū remouet̄ lux aerl̄. Si l̄r̄ n̄ esset dicendū h̄z  
 p̄h̄z q̄ emphasis. i. spēs alicuius obi ex̄ns i speculo esset  
 hitus speculi p̄ eadē cāz. nūc at̄ ois forma ex̄ns i itellcū  
 n̄o acq̄sita idiget h̄z p̄seruare. ⁊ destructo eo statū d̄stru  
 it̄ illa forā. s. fātasmate. vñ cū for. iterficiat̄ statū p̄it̄ oēs  
 fore eius accepte a fātasmatibus for. q̄l̄ ḡ eēt hitus i in  
 tellectu. ¶ Ad p̄mū istoz p̄t dici negādo p̄na. qz h̄z  
 triāgulo aut aliq̄ h̄z subo possit h̄ri spēs intelligibilis. tñ  
 d̄ ipo triāgulo h̄z se ⁊ seozū nō h̄ri scia p̄pe s̄z h̄ri scia de i  
 herētia passiōis ad subm̄ vna cū subo. ad cuius iherētie  
 cōsideratōez verā ⁊ firmā p̄ficiat̄ hitus sciētificus ⁊ d̄si  
 ponit. De iherētia aut̄ passionis ad subm̄ bñ h̄ri species  
 intelligibilis ad cōsiderādū eā absolute ⁊ cōsideratione  
 nō oio certa nec p̄fecta. ⁊ iō regrit̄ aliqs habitus ad d̄si  
 derādū eā post sua p̄ncipia necia ⁊ ordinata cōsiderōe  
 certa ⁊ p̄fcā. ⁊ illa est scia. Et tu dices q̄ de vno ⁊ eodez  
 .s. de iherentia passionis ad subm̄ h̄ri duplex habitus in  
 tellectualis. s. species intelligibilis ⁊ scia. Et ego dico q̄  
 b̄ nullū est icōueniens diuersis modis vt p̄z ex dictis.  
 Scia. n. est habitus p̄ficiens itellcū ad cōsiderationez  
 certā illius iherentie i ordine ad sua p̄ncipia demōstrata  
 species vō intelligibilis ad cōsiderādū ipaz fm̄ se. vñ ma  
 nifeste p̄ncipius q̄ aliqs p̄t h̄re cognitionez alicuius  
 iherentie p̄ spēs eius intelligibilez firmatā i itellcū q̄ tñ nō d̄  
 ē sciens illā iherētia vt in exēplo p̄missio ⁊ alyis multi.  
 possibile. n. ē q̄ aliqs pluries cōsideret q̄ sup datā lineā  
 ⁊ trigit̄ triāgulo eglatez collocare. ⁊ tñ nō h̄z sciaz huius  
 cōclōnis. qz nō cōsiderat̄ eaz sufficienter post eius p̄ncip

pla demonstrativa. ¶ Aduertendū est qd lz spēs intell/  
gibilis z scia quodā mō sint habitus intellectuales. tamē  
lōge verius ipsa scia ē hitus intellectualis qz spēs. eo qd  
ipsa scia generalit ex actibus frequentatis mō supradic/  
tio. spēs aut intelligibilis nō sic. imo pcedit actū intelligē/  
di. z silr nō est iconueniens de eodē cēplures intellectuā/  
les hitus diuersimode tñ. f. qd vnus acgrat ex actibus  
frequentat. alius aut nō. ¶ Ad aliud pōt dici qd spēs rei  
artificialis nō pōt eē formalr z eēntialr idē qd ars. lz p  
tanto dī ars. qd est qdā dispositio ppinqua ad art. m.  
¶ Ad aliā dī qd habitus intellectualis accipit duplr. vno  
mō cōiter p quocūqz actu intellectus p pficiente seu di/  
sponente ipm ad actū z<sup>m</sup> siue ille actus secundus sit de  
pms operatōibus intellectus q sunt sine affirmatione z  
negatione. siue de secundis actibus intellectus q sunt cū  
affirmatione z negatōe. z hoc mō spēs intelligibilis hñ ē  
habitus intellectualis. qz p ipaz pparat intellectus ad cō/  
sideratōe rē cuius ē spēs cōsideratōe icōplexa sine affir/  
matōe z negatōe. z de illo hitu nō loqr ar. i. 6<sup>o</sup> ethicoz.  
Alio mō accipitur hitus intellectualis magis stricte pro  
actu p intellectus pficiente ipm ad cōsiderationē veraz z  
plexā cū affirmatione z negatōe. z sic spēs intelligibilis  
nō est habitus intellectualis. z sic loquit ar. i. 6<sup>o</sup> ethicoz.  
¶ Ut pōt dici qd ois hitus intellectualis ē scia vt reduc/  
bilis ad aliquez hñoz habitū intellectualiū aliquo mō  
z sic est hic. Nam spēs intelligibilis rei scite qzuis formalr  
nō sit scia tñ reducitur ad sciam sicut ordiatuz i finem  
reducit ad suū finēz. spēs. n. intelligibil rei scite ordiatur  
ad consideratōem pcedentes sciam z p pns ad sciam z  
ad eius cōsideratōez. Et p pns ad aliā dubitatōez dico  
qd habitus que est scia idiget cōseruari ab aliquo extri/  
seco. f. ab illo quod cōseruat speciem intelligibilem rei  
scite z illa deficiēte sine dubio deficit scia eo qd species  
intelligibilis ē sicut dispō necessaria intellectui ad illam  
habilitatē hñdā z cōseruandā. Cōsidera g ordinē istoz  
actuū z hituū z iuenies veritatē deo dante. ¶ Ad aliud  
dico breuiter qd trāsmutatio intellectus ad sciaz siue ipa/  
gnatio scie nō ē alteratio. pprie dicta. tum qz nō hz p se  
icipere a termino p rario. tū qz nō est p rina necessario.  
z hec ambo regrunt ad alterationē verā. ¶ Ad aliū qñ  
querit. qd ē pncipiū effectiūū imediatū illius habitata/  
tis i intellectu. Sorte dicendū qd illud idē qd agit illam  
intellectionē facit istā habilitatē cōsiderandi. Quid at  
sit illud post reqret. ¶ Ad aliaz dicūt aliqui p iterceptio/  
nez maioris. nā forme oēs nāles gnabiles z corruptibi/  
les idigent agente extriseco pseruante q remoto statim  
remouent. i. influentia celesti. Un z ar. dicit i p metheo/  
roz. qd necesse ē hūc mundū esse p rignū supiozibus la/  
tionibus vt ois virtus eius gubernet inde. Un Lōmē.  
i suo tractatu de suba orbis dicit. qd si dstrueret motus  
celi dstrueret totus mūdus. z tamē multe forme gnā/  
biliū z corruptibiliū sūt hitus qdā q psequūt ipaz subaz  
Un Lōm. i isto 3<sup>o</sup> cōmēto 4<sup>o</sup> dicit. qd forme sūt exntes  
et aiām i rebus sensibilibus fz q hitus existit i habēte  
bituz. Et silr pōt dici i pposito. ¶ Sz qzuis hoc sit con/  
uenienter dcm tamē nō oio gescit intellectus. non. n. est  
sile de formis nālibus z de istis q in intellectu nō sunt  
qz nō qlibet forma nālis idiget agente extrinseco ppo  
pseruante ipsā. lz i oibus aut multl sufficit vnū pseruās  
f. virtus celestis diffusa cū luce i istis iseriozibus. vnde  
Alber. dicit i suo cōmento de sōno z vigilia. qd lumen  
celestē diuersimode figuratū vebit ad nos oēs virtutes  
orbis. lz q 3 forma exns i intellectu indiget pprio cōser/  
uāte extriseco. Alio. n. pseruatiūū bēt hitus de triāgulo

z aliud hitus de asino. silr z i alyz. z iō ille forme possūt  
esse hitus. alie vero nō. ¶ Et pōt dici ad illud qd hec  
influentia celestis cōseruās hec iserioza lz sit vna scdm  
z plantē. tamen iste virtutes seu influentie sunt diuerse  
formaliter. Alia. n. forma ē vtus formalr pseruatiua fri/  
giditatis siue siccitatis z alia caliditatis. silr z in alyz.  
Si g forme māles sint hitus rez nō obstante qd a diuer/  
sis pseruātibus idigeāt pseruari. qre etiā forme intell/  
gibilez nō eēt hitus qzuis pñet ab ex. f. p oia extriseca.  
¶ Notādū est qd subm alicuius forme pōt se hēre duplr  
ad pseruās extrisecum illius forme. Vno mō qd sp sit et  
sufficenter p rēns. z sic se habet intellectus possibilis  
ad fantasma. semper enim est p rēns eis que sunt in  
fantasia. z sic ille forme bene possūt dici habitus. Alio  
mō cōtingit qd subm forme cōseruate nō semp ē suffici/  
enter pns ipi pseruati nec eoz? z talis forma forte non  
esset habitus pprie deūs p rēns cū hec nō gñet ex mul/  
tis actibus. sicut obm nō est sufficenter pns speculo ad  
pseruandū z faciēdū suā spēs i co. z iō illa nō ē habitus  
speculi pp rissime sumēdo habitū. silr aut z i alyz hñ.  
qre zc. ¶ Sz aliqs qret rōnabilr. qre iste habitus non  
semp intellr actualr qz diu ē itellcū. cū actiūū intellectu/  
nis. f. itellcūs agēs sit pns itellcūū possibilis disposito suf/  
ficiēter ad eius itellectōez. ¶ Et si dicis qd itellcūs pos/  
sibilis nō sufficenter ē semp dispositus ad itellādū illū  
habitū. qñ q dispō ei deficeret? Erit forte dicēdūz qd  
habitus nō ē natus itelligi actu nisi dū itellr res de qd ē  
habitus. vñ d ficiēte itellectōe illius rei nō itelligit ipe  
habitus. z h va de difficile ē nisi pcedat itellectūz sil in/  
telligere diuersa. f. habitū itellcūalē z rē de qd ē habitus  
ipe. Et hec sufficiāt de ista. q. de qd ab alyz parū vt nihil  
accipe potui. ¶ Rōes pista pte cōcedo iquātū faciūt p  
ea. Et hec dicta sufficiāt. z accipiāt iuuenes studiosi p  
modū exercitatiois. Cōplemētū aut declaratiois z dter/  
minatōis posterioribus z fortioribus relinqt. qre zc.

¶ Noniam

¶ Queritur hic pmo. Utrū gditas sit p mū ob/  
iectū itellcūs. ¶ Arguit pmo qd n. qz si gditas eēt p mū  
obm itellcūs. tūc pma gditas pmo itelligeret. hec pna  
videt satis manifesta. sed pns ē falsū. qz pma gditas ē  
gditas sube. vt pz ex 7<sup>o</sup> meta. z tñ accūs pns itelligit qz  
suba. pbatio. qz itellcūs itelligēdo depēdet ex sensu vt  
pz ex isto 3<sup>o</sup> mō pstat qd accūs magis sensibile ē qz suba.  
qre zc. ¶ Itē si gditas eēt obm itellcūs p mū tunc idiū/  
duū gditatis siue singularē nō possz itelligi cū ipm idi/  
uiduū gditatē differat a gditate vt pz ex isto 3<sup>o</sup> z diuer/  
soz debent eē diuerse virtutes cognoscitiue vt videt.  
qz potētie distinguunt p obiecta. sed pns est falsū. qz itel/  
lectus enūciat aliqd de singulari seu de idiuiduo gdi/  
tatis. vt dicēdo sor. est hō. g itelligit ipm. qre zc. ¶ Itē  
si gditas esset p mū obm itellcūs tūc nō possz in/  
telligi. psequēs est falsū. qre zc. falsitas psequēt nota ē.  
qd cōiter dī qd nō ens pōt itelligi vt dī. 4. meta. z pbat  
psequētia. qz qd nō ē obm p mū alicuius potētie nec p r/  
net sub pmo obiecto. nec hz habitudinē ad p mū obm.  
nec eoz? nō cognoscit ab illa virtute. hec est manifesta.  
sed nō ens nō est gditas nec p rinet sub gditate vt ma/  
nifestū ē nec hz habitudinē realē ad gditatē. qz illa ha/  
bitudo nihil est cuius subm nihil est. sed ipm nō ens ni/  
hil est. g habitudo nō entis ad ens nihil ē. Nec silr illa  
gditas pōt habere aliquam habitudinēz ad nō ens. qz  
habitudo est qdā respūs p lōdo. modo ille respectus

nihil ē cuius terminus nihil ē cū ip̄s nō ens nihil sit. se-  
quit̄ q̄ illa habitudo erit nihil. s. q̄ dicit̄ ad nō ens. 7 sic  
ratione illius habitudinis non ens non intelligimus.  
¶ Itē illud qd̄ nō ē sensibile nō ē intelligibile nec p̄ nōs  
ob̄m̄ p̄mū intellectus. sed qd̄itas nō est sensibilis. q̄ rē.  
maior p̄s. qz̄ intellectus n̄ nihil intelligit sine fantasmate  
vt̄ dicit̄ arist. i. isto 3<sup>o</sup>. fātasma aut̄ rei sensibilis similitudo  
ē vt̄ p̄s ex 2<sup>o</sup> huius. 7 minor appz̄ auctoritate Lōm. i. 2<sup>o</sup>.  
huius. ca. Dicendū āt̄ fm̄ vnūquēq̄ sensus. vbi dicit̄ q̄  
sensus non comprehendit quiditates rez̄. quare rē.  
¶ Q̄pp̄m̄ cōiter allegat̄ ab ari. i. isto 3<sup>o</sup>. s. q̄ qd̄itas rei est  
p̄mū ob̄m̄ itellēs. ¶ Ad qd̄ez̄ dimissis alijs op̄ionibus  
dico ad p̄is q̄ aliquid eē p̄mū ob̄m̄ intellectus pōt̄ itelligi  
dupl̄r. Uno mō q̄ sit p̄mū in ordine cōitatis. Alio mō i  
ordine p̄ncipalitat̄. 7 adhuc ob̄m̄ p̄mū i ordine p̄ncipa-  
litate pōt̄ itelligi dupl̄r. Uno mō cōpando vnū genus  
p̄dicamentale ad oīa alia genera. Alio mō cōpādo vnū  
itelligibile ad oīa alia itelligibilia. Tunc dico ad qd̄nē  
p̄ q̄ ip̄m̄ ens seu qd̄itas qd̄ p̄ eodē accipio ē p̄mū ob̄m̄  
intellectus p̄mitate cōitatis. 7 hoc statim p̄bat̄. qz̄ omne  
illud qd̄ est cōe ad oīa illa que cognoscunt̄ ab intellectu  
d̄z̄ dicit̄ p̄mū ob̄m̄ intellectus p̄ mō. sed ens seu qd̄itas est  
h̄z̄. oē. n. itelligibile est ens aliq̄ mō seu qd̄itas quodq̄ mō  
cōiter 7 large accipiēdo qd̄itate. q̄ rē. ¶ Et ē cōsiderādū  
circa hoc q̄ quis ens seu qd̄itas nō sit qd̄ vnuz̄ f̄z̄ sp̄em̄  
nec f̄z̄ gēus vniuoct̄ vt̄ cōiter d̄r̄ 7 accipit̄ i. 4<sup>o</sup>. metaph.  
t̄n̄ b̄n̄ ē vnuz̄ fm̄ analogiā. nā vnū ens ē p̄us alijs. s. suba  
subst̄as acc̄ntibus. 7 alia attribuunt̄ vni p̄ sicut̄ subo vt̄  
docet̄ Lōm. i. 4<sup>o</sup>. metaph. 7 h̄z̄ vnitas sufficit ad aliquā  
vnitate potentie aīe intellectiue. ¶ 2<sup>o</sup>. dico suba est p̄mū  
ob̄m̄ intellectus. 7 h̄z̄ p̄mitate p̄ncipalitat̄ cōpando ad  
inūicē gnā p̄dicamētalīa. qz̄ illud qd̄ est p̄ozis. 7 p̄fectio-  
ris entitat̄ d̄z̄ esse p̄mū ob̄m̄ intellectus. 7 hoc p̄mitate  
p̄ncipalitat̄. s. suba est p̄ozis 7 p̄fectiozis entitat̄ oī-  
bus alijs vt̄ p̄s 7<sup>o</sup>. meta. 7 oīa alia genera nō sūt etiā nisi  
qz̄ sunt ip̄sius suba. s. q̄litas sube q̄titates aut passio-  
nes aut aliqd̄ h̄z̄. q̄re rē. maior p̄p̄o satis h̄f̄ ex 2<sup>o</sup>. meta.  
nā vnū qd̄q̄ sic se h̄z̄ vt̄ sit sic se h̄z̄ ad v̄itatē seu cognitōz̄  
verā. 7 p̄ nōs ad hoc q̄ sit p̄mū ob̄m̄ intellectus eius est  
verā cognitōnē h̄f̄e. q̄re rē. Sz̄ q̄l̄r̄ intelligat̄ suba. aut  
p̄ sp̄em̄ p̄p̄riā. aut p̄ sp̄em̄ acc̄ntis. de hoc bonū eēt̄ inq̄-  
rere seoz̄us 7 diuisim. ¶ 3<sup>o</sup>. dico q̄ p̄mū ob̄m̄ intellectus  
ordine p̄ncipalitat̄ respectu oīum alioz̄ itelligibiliū  
ē p̄mū p̄ncipiū qd̄ ē d̄us. qz̄ illud qd̄ ē nobiliozis 7 digni-  
ozis veritat̄. 7 entitat̄ respectu oīum itelligibilium  
ē p̄mū ob̄m̄ intellectus fm̄ istū modū. hec ē recipienda p̄  
manifesta. s. p̄mū p̄ncipiū qd̄ ē deus est h̄z̄ testāte arist.  
in p̄ metaph. vbi dicit̄ q̄ total̄ optimū eoz̄ q̄ in nā deus.  
Et Lōm. dicit̄ in 2<sup>o</sup>. metaph. q̄ si ē aliq̄ cā p̄ma oīuz̄ etiū  
vt̄ declaratū ē i scia nāliū illa ē magis digna i eē 7 i v̄ita-  
te q̄ oīa alia. oīa. n. entia nō acgrunt eē 7 veritatem nisi  
ab illa cā. Et q̄ est t̄n̄ ens p̄ se v̄ez̄ 7 vnū p̄ se 7 alia sunt  
vera entia p̄pter veritatē illius. q̄re rē. ¶ Propter solu-  
tionē vnus rōnis cōsiderandū ē q̄ vnū itelligibile esse  
p̄us cognitū alio itelligibili nihil est aliud q̄ cognitōez̄  
vnus pōzē eē cognitōe alterius. cognitōnē aut̄ vnus  
esse pōzē cognitōne alterius hoc pōt̄ itelligi dupliciter  
q̄tū ad p̄positū spectat̄. Uno mō ordine generationis  
Alio mō ordine perfectionis 7 ex dignitate. Nō credo  
saluo meliori iudicio q̄ cognitio acc̄nt̄ in intellectu pōzē  
ē cognitōe sube via generationis. qz̄ sicut̄ acc̄nt̄ ē dimi-  
nute entitat̄ respectu sube ita sine dubio cognitio ac-  
c̄nt̄is diminuta ē 7 imperfecta respectu cognitionis sube  
semp̄ āt̄ ip̄fectioza i eodē pōza sūt via gn̄atōis respectu

perfectioz̄ v̄l saltē ordie p̄portionabili vt̄ fat̄ h̄r̄ ex. q̄.  
metaphy. Unde imaginor q̄ quēadmodū in gn̄atione  
formarū in mā corruptibili generatio acc̄nt̄is p̄ozis ē  
generatione subst̄atie. p̄zius enī oportet mām disponi  
per qualitates p̄ueniētes ante q̄ recipiat formā in mā  
Unde cōmen. dicit̄ p̄mo phy. q̄ generatio subst̄atie est  
terminus alterationis. sic in p̄ductōe cognitōis in intel-  
lectu possibili humano p̄zius sit cognitio acc̄nt̄is quoz̄  
dāmō q̄ cognitio subst̄atie. cuius manifestū signū est  
q̄ motus 7 p̄laltas entū que sunt acc̄nt̄ia subst̄atia  
nāliū sunt p̄ncipia in scia nāli fm̄ Lōmen. in p̄mo phy.  
Constat aut̄ q̄ p̄ncipia doctrine p̄us cognoscunt̄ q̄ ea  
que per ea docent̄. oīs. n. doctrina ex p̄x̄nti sit cogniti-  
one. quare rē. vnde Lōmen. dicit̄ in 6<sup>o</sup>. metaph. cōmēto  
p̄mo. q̄ i rebus nālibus nō p̄nt̄ sciri subst̄atie rerū nisi  
ex posterioribus. i. acc̄nt̄ibus. sed subst̄atie cognitio est  
p̄oz ordine dignitat̄ 7 p̄fectionis. cū ipsa subst̄atia sit  
nobiliozis 7 p̄fectiozis dignitat̄ 7 entitat̄ acc̄nt̄ibus.  
Et ad illā int̄tionē intelligo d̄m̄ Lōmen. in 7<sup>o</sup>. meta.  
vbi dicit̄ q̄ substantia est nobilioz̄ 7 p̄zius acc̄nt̄e nā dif-  
finitione 7 t̄pe. s. q̄ notitia subst̄atie est p̄oz ordine p̄-  
fectionis 7 nobilitatis. non q̄ p̄oz sit ordine generatōis  
¶ Doc pulchre 7 euident̄ docet̄ cōmen. ibidē in his v̄bi-  
cū narravit q̄ suba ē p̄oz acc̄nt̄e cognitōe dedit̄ modū  
7 dicit̄. Et nos videmus rē. ita q̄ signū hoc q̄ subst̄atia  
apud nos manifestioz̄ ē acc̄nt̄ibus. s. v̄lia substantie q̄  
v̄lia acc̄nt̄iū est. quia scire indiuiduū subst̄atie per sua  
v̄lia substantialia ē p̄fectius scire q̄ scire illud per v̄lia  
acc̄nt̄iū. verbi gr̄a cum volumus scire hōiem si scineri-  
mus eū eē aliq̄ nām subst̄atiale. verbi gr̄a. ignem scire  
ip̄m̄ per hoc p̄dicatū subst̄atiale ē p̄fectius q̄ scire ip̄m̄  
esse quātū aut̄ quale. aut̄ aliquod p̄dicabiliū acc̄nt̄ium  
Et subdit̄ paucis interpositis. Et quia scire hāc subst̄a-  
tiam per suas dispōnes subst̄atiales ē p̄fectius q̄ scire  
ip̄m̄ p̄ dispōnes acc̄nt̄ales necesse est vt̄ dispōnes sub-  
stantiales sint accidētalibus manifestioz̄es. Ecce si b̄n̄  
inspicit̄ cōmen. non cōcludit̄ subam eē notioz̄e acc̄nt̄e  
nisi q̄ cognitio subst̄atie ē p̄fectioz̄ cognitōne acc̄nt̄is  
Ex hoc aut̄ q̄ aliquid sit p̄fectius alio nō cōcludit̄ ip̄m̄  
eē p̄zius eo nisi ordine p̄ncipalitat̄ nobilitat̄ 7 digni-  
tat̄ vt̄ manifestū est intelligēti. q̄re rē. ¶ Et hic est cō-  
siderādū q̄ quis ponā cognitōnē acc̄nt̄is eē p̄zem or-  
dine generatōis in intellectu. non tamē volo dicere q̄  
q̄libet cognitio accidēt̄is cuiuslibet sit p̄oz qualibet cog-  
nitōe subst̄atie. imo possibile ē q̄ aliqua cognitio sub-  
stantie alicuius cōfusa p̄cedat aliq̄. 7 d̄terminatā cog-  
nitōnē alicuius accidēt̄is. vnde arist. in 4<sup>o</sup>. phy. tra-  
ctatu de tēpore. i. illo. c. Et si motus semp̄ aliud 7 aliud.  
dicit̄. q̄ p̄ ip̄m̄ mobile cognoscit̄ p̄us 7 posterius i motu  
Ad cuius melioz̄e intellectu cōsiderādū est q̄ duplex  
potest̄ haberi cognitio acc̄nt̄is alicuius. s. cognitio sim-  
plex 7 ituitiua que d̄r̄ itelligētia idiuisibilis 7 cognitio  
cōplexa fm̄ affirmationē 7 negationē. Et hec iterū vel  
est icerta cū formidine ad oppositū. vel est certa 7 sine  
formidine ad oppositū. Nōdo dicere q̄ cognitio acc̄-  
dēt̄is simplex 7 ituitiua sine affirmatōe 7 negatōe b̄n̄  
est p̄zius in intellcū via generatōis cognitōis subst̄atie.  
sed ip̄ossible est q̄ cognitōdem acc̄nt̄is cōplexā 7 certā  
sine formidine ad oppositū fm̄ affirmationē 7 negatōe  
nō p̄cedat aliqua cognitio subst̄atie sicut̄ forte i exē-  
plo p̄dcō. pars. n. motus indicat̄ esse p̄oz p̄ quā mobile  
acquirit̄ dispositōem p̄cedētē. v̄l per quā mobile trāsit̄  
p̄zem partē magnitudinis. 7 pars posterior per quam  
mobile acqrit̄ dispōnem sequentē vel pertrāsit̄ partes



matris specie intelligibili operationis proprie illius sube. vñ dictū est q opatio facit scire formā. Opatōes at p se r ppe subax multotiens sūt occlte intellectui nec semp faciūt suas spēs p pas i ipo pcpue qz sube māles mltotiens ipediūt a suis p se r p pas opatōibus q sunt motus. aliq aut cū motu. r hoc cōtingit aut ppter agens cōtra riu obtinens r dñans formis mālibus debentibus acti ones p pas pducere. aut ppter defectū passiui qd est natū tales actōez recipe. vt qz hec herba nō sanat tales egritudinē cōtingit qz nō appropiquat mō debito corpi susceptiuo. aut qz ipedit a dño agente. aut aliq tali mō. sifr aut r i alyz. r tūc later intellectuz qz talis herba hēat facere talē opatōez p pas. r sic nō est dispositus sufficiēter ad recipiendū spēm intelligibile talis sube. Sed cū intellectus hēbit spēm intelligibilez p pas ppe opatiōis cātā a fantasmate talis opatiōis sensate. tūc sine dubio recipiet spēm intelligibilez illius sube. vbi gra. cū aliquis cognoscit leuitatez ignis p eius spēm r cognoscit motū simplr surfū s3 nām p eius spēm tūc intellectus recipiet spēm forme subalis ignis quā cōseqt talis motus. r p eā intelligit formā illā. sifr at r in alyz suo mō. Et fm istum modū intelligit vbi ari. q accntia magnā prem pferunt ad cognoscendū qd qd est. hoc. n. p tāto vez ē. quia opatio p pas sube q est qdā accns faciens i intellectu suaz spēs pparat intellectū ad spēm p pas sube q vterius p ficit ad cogscendū ipsā subam. r hoc inuit ari. i hoc qz dic magnaz ptē cōferunt r nō dixit q faciūt ipsam cognitionē qd qd ē. nō. n. faciūt dispōnē totalē s3 p se dispōis vt p3 ex dictis. ¶ His vñs respōdet rōnibus in dñum. ¶ Ad p mā dñ negādo dñam. nā ipa suba mālis nō statī cū ē pns sensui gignit i itellcū suā spēs p pas. sed o3 pcedere spēm p pas opatiōis. ipsa at opatio p se p pas sube nō pōt gignere suā spēs i sensu nec i itellcū nisi cuz actualr existit r exercet ab ipsa suba. Cōtingit aut frequēter sub statīā māle ipediari ab opatiōe r nō exercere actu suā. p pas opatiōez ppter cās pdcās. r cū exercet suā opatiōez p se r p pas aliqñ nō ē sufficiēter pns sensibus humāis ad faciēdū i eis suā spēs. vel si ē pns sufficiēter tñ ipsi se sus sūt ipediti aliqbus caus vt nō recipiāt sufficiēter illā spēm. vtputa somno aut moribus fortioribus. aut aliqbus hō. id nō valz rō. ¶ Ad aliā iueniūt aliq sensisse q spēs recepta i itellcū hñ est de gñe sube vel nō est de alio gñe qz sube sic etiā spēs albedis nō est i alio p dca/ mēto a q litate. h3 tñ aliū modū eēndi i itellcū qz i mā pma. qz i mā pma forma subalis existit corporalr r situ alr r cū dispōnibus hñtibus dñū. i itellcū aut existit i corporalr r idiuuifilr. r nō situ alr. Et ad istā itētionez dicit aristo. q lapis nō ē i aīa. s. corporalr r situ alr cū d r yz dispōnibus suis eo mō q antiq videbāt ponere. sed spēs lapidis. i. forma abstracta i corporea vñs fm repñtatōem. nec tñ itellcū ē idē eēntialr cū hō spēbus. sed i potētia ad eas. r bec ē snia ari. i pñ. huius. vbi dic. Im passibile gōz eē. s. passioe corruptia q ē cū abiectōe d r yz susceptiū at spēi i potētia huius. s. receptia. s3 nō b. i. nō est essentialr ipa spēs nec aliqd eēntialr cōpositū ex ea. nec reputare i cōueniens qz i itellcū possibili sint spēs abstracte de genere sube repñtātes ipsas subas q idiuu dualr subsistūt i mā corporali. r oēs iste sube spūales recipiunt i intellectu possibili p. r pncipalr q est d se ens pure potētie fm opi. cōez q attribuit ari. r cōm. Et istd vñ cōsonare vñs qbusdā cōibus r famosis qbus dicit qz qd itas rei abstracta a mā ē i itellcū. qd etiā pbant aliq sic. Illud qz recipit intellectus possibilis est illud qd intellectus agens abstrahit. bec est māifesta de se fm oēs. s3

intellectus agens abstrahit qd itatez rei intellecte vt etiā cōiter dñ. r hoc abstrahere nō est aliud nisi pducere spēm qd itatis vñr repñtātes. Qualr aut hoc agat intellectus agens vna cū spē existente i fantasia ingrendū est post. S3 hic est vñū dubiū. qz si suba intelligit p spēm p pas cū vñus sube possint esse plures itellectōes. vt hō pōt intelligi fm q hō r fm q aīal r fm q aīatū r s3 q corpus r s3 q suba. seqt qz vñus sube sint ples spēs itellibiles. ¶ Et forte dicendū qz vñus sube fm vñā sui formā nō est nisi vna spēs itelligibilis s3 s3 diuerfas formas subales ordinatas bene possunt eē plures spēs. r sic diceret i pposito fm ponentes pluralitatez formaz i eodē indiuiduo sube. Et de h alias visū fuiti qdōne de pluralitate r ordie formaz. ¶ Alr possit aliq dicere qz vñus sube nō erit nisi vna spēs itelligibilis. r cū dicit qz vñus sube sunt plures itellectōes. Possit dici qz vñus sube nō est nisi vna itellectio q intelligit eius qd itas r essentia s3 se. sed bene possunt esse plures spēs qbus intelligit diuersi modi eiusdē sube vel qbus intelligit eadē suba s3 diuer/ sos modos siue fm diuersa pncipia apparentia. r fm h o3 dicere qz itellectio hoīs fm q hō et itellectio homis fm q aīal r fm q corpus nō sunt itellectōes diuerse qbus intelligat eēntia hoīs fm se. sifr at r i alyz suo mō. ¶ S3 istud videt valde difficile qz itellectio hoīs s3 q aīal nō sit itellectio sube hoīs. r sic de ceteris. r ex hoc si bene ipicies accipies vñā rōnem difficilē ad pbādū qz alia ē foīa subalis p quā hō ē hō r aliap quā hō ē aīal. nā itellectio hoīs fm q aīal aut ē itellectō accntis. qz sic aīal fm q aīal esset accns. qd est absurdū. Si g est itellectio sube aut ē itellectio hoīs fm q hō. aut ē itellectō solius māe pme. aut itellectio alicuius forme subalis p quā hō est aīal r nō p quā hō est hō. sed de h nō plus ad pns. ¶ S3 dicamus ad ppositū qz pbabile ē spēs itellibile p pas sube māle esse de genere sube aliq mō r tot eē spēs sube i itellcū possibili qz sūt i mā forme subales. r sic itellēs possibilis est potēs oia fieri mō silitudis r receptōis. et fm istā pōnē facilius teneī illa positio qz itellcū possi bilis sit suba pure potētie r nullo mō actu de se forma liter. r iō recipit subas rez fm eē spūale r imāle. ¶ S3 istā viā multe dubitatōes vident esse. qz eadez rōne oporteret dcedere qz spēs sube mālis exñs i aīa cogita/ tiua esset de genere sube. qz illa spēs est s3 i ipi sube r eā repñtat sicut spēs existens i itellcū. cū g aīa cogitati/ ua sit qdā actus seqt qz actus recipit p se aliqd de gene re sube. qd vñ multū i cōueniens. Et ppterea cū ipa spe cies q est i cogitativa sit immediatū pñ actiūū speciei q est i itellcū vt dñm est pns. r multi dcedūt. neciūm erit aut qz species sube existens i vtute cogitativa sit de ge/ nere sube. aut qz accidens sit immediatū pncipiū actiūū sube. ¶ Propter qd aly dicit a r. qz species itelligibilis sube mālis bene est de genere sube. r illa nō fit imedia te a specie q est i fātafiavel i cogitativa sed ab ipsa suba māli fātafiata ita qz ipz fātafiata est illud sine q non fie ret species sube mālis i itellcū s3 nō sit pncipiū actiūū sicut cōmen. dicit i 3. celi r mūdi. qz grauitas nō est pncipiū actiūū motus deorsū fm se nisi sit surfū. ita qz surfū eē est neciūz ad h qz grauitas moueat ipz graue. r tam esse surfū nō est pncipiū actiūū huius motus vt dicit sifr r i pposito. ¶ Etiā isti dicerēt qz i virtute fātafiata vel cogitativa hoīs non est aliq spēs sube mālis q sit de genere sube. nec fuit itentio cōmen. qz aīa cogitativa cognoscat formas indiuiduales substātiales fm seipsas. sed qz ad aliq accntia p pas r opatiōes p pas q possunt



### Tertius

### Trigesima prima

facere suas spes in aia cogitativa. Et istaz ppetatu spes  
 necessarie sunt ad hoc q intellectus recipiat spes itelli  
 gibiles subaz maliu vt pdictuz est. Sigs aut diceret q  
 spes intelligibilis ppa sube malis non est de genere sub  
 stantie sed accidentis tuc posset euadere roem in trium  
 Lum dicit illa q sunt diuersoz genex zc. veruz est nisi  
 vnum sit pncipiū actiuū alterius. sed si vnu sit pncipiū  
 alterius bene est possibile. z sic est hic. Nam ipsa forma  
 materialis est pncipiū effectiuuz sue speciei i intellectu  
 pparato speciebus accidentiuz pprioz cogitatoz. Nec  
 videt esse remotū quin suba malis possit imediate age  
 re aliqd accidens. sic suba inālis ponit imediate agere  
 motū q est aliqd accidens. Unde i separata a mā idem  
 est mouens fm agens z fm fines vt docet Lōmē. in izo  
 metaph. qre zc. Prio qdem solutio pbabilis est z secu  
 da. sed necessarium fortiozibus relinquatur. ¶ Itē pōt  
 dici q suba malis nō agit imediate actōe reali z corpali  
 sz actōe ināli z corporali bñ pōt agere imediate. Utz  
 aut intellectus agens coopet ad spes intelligibiles poste  
 rius igrentū est. ¶ Ad aliā cū dī omne qd cognoscit zc.  
 vez est cū ipsa potentia cogitativa bz in se illā spēm p  
 priā sz non ante. z ideo cōcederes q cū intellectus habet  
 in se species pprā argenti z spēs pprā stāni distinguit  
 illas subas sine errore nec decipit putādo vnā eaz esse  
 aliā. sed cū nō bz hō species pprās tuc pōt errare. Con  
 tingit aut q pntibus hō subis intellectus nōdū habz  
 spēs eaz pprās. qz nōdū appuerunt ppe operationes  
 eaz nec aliā pprā accntia quoz spēs pparāt intellectū  
 ad recipienduz spēs subaz. z iō tunc non distinguit eas  
 sed reputat eas easdem ppter cōiuententiā i accntibus  
 cōibus ideo nō valet rō illa. qre zc. ¶ Questio. XXI.

### Ratia

quoz undā pdictoz pōt qri. Utrum  
 anima cogitativa possit cognoscere  
 subas māles. Et arguit p q sic aucte Lōm. z hu  
 ius vbi dicit q sensus cū pphēdit sua sensibilia ppa  
 apphēdit itentōes idiuiduales diuersas in generibus  
 z spēbus. cōprehēdit g itentōes huius hois idiuidual  
 z itentōes huius eq idiuidualis. cōstat aut q hic homo  
 idiuidualis est suba z hic equus sllr. Aut g p sensū itel  
 ligit Lōm. sensuz pricularē vel vtutē cogitatiuā que est  
 virtus aie sensitine. si sensuz pricularē. g multo fortius  
 aia cogitativa que est virtus nobilior z pfectior cogno  
 scet rāta. z si itelligit aiam cogitatiuā hē ppositū g rāta.  
 ¶ Et in sequenti cōmento dicit q accidit sensibus app  
 hendere drias idiuiduozū fm q idiuidua sunt. nō fm  
 q sunt simplices sensus. sed fm q sunt sensus humani  
 z pcpue drias subales. vñ. n. q cōprehensio itentionuz  
 idiuidualiū subarū de qbus cōsiderat intellectus ē ppa  
 sensibus hois. qre zc. ¶ Itē nisi cogitativa cognosceret  
 subam mālem intellectus nō posset eā cognoscere. qd est  
 absurdū. z pbat cōseqntia. qz actus cogitatiue necessari  
 us ē ad actuz itelligēdi pcpue i rebus mālibus vt vñ ex  
 isto 3o. Intelligētē. n. nec ē fātafma aliqd spectari. g zc.  
 ¶ Oppositū arguit. qz si aia cogitativa cognosceret for  
 mas māles eadē rōne cognosceret seipsā cū ipa sit qdā  
 suba siue forma mālis vt pz ex dca pñs. hoc aut videt  
 ipole qz forma mālis z corporea nō est reflexiua supra  
 seipsā vt coiter accipit ex li. de causis. qre zc. Et firma  
 tur. qz aia cogitativa nō est nata cognoscere aliqd ens  
 actu nisi p eius spēm pprā. nō. n. est aliq cā qre cogicat  
 vñ ens p spēm pprā z aliud sine spē ppa. sed ipsa non  
 pōt recipe spēs pprā suypñs. qz sic idē subm. s. corpus  
 humanū hret idē fm esse reale z fm esse spūale. s. aiam  
 cogitatiuā. qd est absurdū. qre zc. ¶ De isto pnt eē oue

opiones pbabiles. Una q aia cogitativa humana non  
 cogicit subas māles fm se z forma lr. qz aia cogitativa nō  
 bz cogicere aliqd ppe z sz se z foalr nisi recipiat eius  
 spēs pprā. hec supponit p manifesta. sz nō recipit spēs  
 pprā sube mālis. qz illa spēs vñ esse suba aliq mō vt di  
 ctū est pñs. aia aut cogitativa cū sit qdā forma et actus  
 nō recipit i se aliqd de gñe sube. qre zc. ¶ Diceret tñ q  
 aia cogitativa bñ cognoscit aliqs ppritates idiuidua  
 les exntes i suba māli quas nō pprehēdit aliqs sensus  
 particularis. z iste dñr itētōes nō sensate. z sunt ille qd  
 pmen. vocat itentōes subaz idiuidualiū. vbi gñā. sicut  
 hec dōitas hec malicia. hec paternitas hec filiatio. hec  
 actio hec passio z hō ppritates alioz pdicamentoz q  
 nō sūt sensibilia coia nec ppa. z sic nō pphēndunt a sen  
 sibus particularibus. q autē aia cogitativa cognoscat  
 hō itentōes testant oēs pñi g locuti sunt de distictōe  
 virtutū aie humane. z specialiter auerois z albertus z  
 auid z agazel. Et posset pbari sufficienter. quia virtus  
 cogitativa cū sit virtus cognoscitiua nobilior z excellē  
 tior oī sensu priculari z sensu cōi debet aliq cognoscere  
 que nō cognoscuntur ab istis virtutibus z illa non sunt  
 nisi hō itentiones. quare zc. ¶ Et cōfirmat fm pder  
 minata fm itentōem aristo. z Lōmē. cōstat. n. q anima  
 humana inherens corpori hūano est nobilior oī alia aia  
 iherēte. z dō hō virtutē aliquā cognoscitiuā nobilioz  
 oibus vtutibus aliozū aialū. z illa nō est nisi cogitativa  
 q rōinat de rebus priculariter apprehēnsis. z iō dicit  
 qdā ratio fm Lōmen i isto 3o qre zc. ¶ Alia opio posset  
 esse q cogitativa cognoscit subas māles p spēs pprās  
 idiuiduales earū ita tamen q hō spēs recepte in aia co  
 gitativa nō sūt in genere sube sz accntis puta i gñe q lita  
 tis. repñtat tñ subas māles p tāto. qz sūt ppruz effectus  
 earum. nec videt esse iconueniens q substantia mālis  
 imediate efficiat aliqd accidens spūale i subo apto nato  
 z cū agens ppinquū sit simul cum patiente vt patet 7o  
 pbycoz. suba aut mālis nō est simul cū ania cogitativa  
 humana vt lapis lignū z hō. necesse erit cōcedere q hō  
 substātia materialis agit suam speciem in medio qd est  
 inter aiaz cogitatiuā z ipsā subam mālem z eo mediāte  
 agit in organo sensiuū z vterius in aniam cogitatiuam.  
 Nec sequitur ex hoc q sensus particularades cognoscat  
 subam mālem. quia non sunt ordinati ad eius cognitio  
 nem per se. nec recipiūt spēm sube fm esse spūale sicut  
 exigit ad cognitōem sube. z vñā ego scire quid ē verū  
 in isto qñto. z si plus apparuerit mihi als scribaz illud.  
 ¶ Rōnes aut z auctes in vtranz parte euadent fm p  
 dicta. Lum ergo dicit cōmen. q sensus apphēdit itē  
 tōem idiuidualē huius hois z huius equi nō intelligit  
 per itentōem idiuidualē ipsaz formā subalem hois  
 aut equi. sed aliqā ppritatez nō sensatā pprā tali in  
 diuiduo. vt q sit habens hanc paternitatē z aut hanc fi  
 liationez. aut hanc risibilitatez. aut hanc habilitatem.  
 aut fortitudinē corporalē. aut aptitudinalez ad ambu  
 landū. Similr quod dicit vterius q accidit sensibus  
 pphēdere drias idiuiduoz subales. per drias indiu  
 duoz intelligit quasdā ppritates nō sensatas psequē  
 tes subam indiuidui. quas etiā cōmen. vocat itētōes  
 idiuiduales subaz de quibus cōsiderat intellectus.  
 ¶ Ad rōnem quādo arguit pōt dici q vt intellectus co  
 gnoscat subas materiales sufficit q virtus cogitativa  
 cognoscat eas in suis ppruz accidentibus. et pcpue i  
 suis per se ppruz opationibus. sicut ad intelligendum  
 substātia imāles. nō est necē q cogitativa eas cogicat  
